



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 1. Primus gradus recidivorum qui non sunt conversi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

142 C O N V E R S I O
quentique relapsu suspectam fieri conversionem.

§. I.

*Primus gradus recidivorum qui non sunt
conversi.*

Sunt enim quibus non peccare displicet, sed ardere: ac per hoc non Dei offensam metuunt, sed ejus commissæ supplicium. Per optatum sæpè ejusmodi foret, posse & suis se affectibus ut lubet indulgere, & poenarum quas metuunt reatu liberari. Illum autem cum poenitentiae Sacramento tolli credunt, hoc & ipsi frequentant, commissorum confessionem instituunt, etsi à committendis nondum decernant abstinere, aut mores mutare: quapropter permanent vivere ut vixerunt, & cupiditatibus suis, ut soliti sunt, obsequi. Hos nemo vel dubitando suspicari potest debitè conversos.

§. II.

*Secundus gradus recidivorum qui non sunt
conversi.*

Sunt alii, quos supra tetigi, quibus non nihil peccatum displicet, ac placeat Dei servitus; sed adhuc tenui compla-

pla-